AD ILLUSTRISSIMUM AC REUERENDISS. CYNTHIUM ALDOBRANDINUM...

Roberto Titi





QVI *me bifido Parnaſi in Vertice ſiſtat*
Caſtalios propter latices, aut inter amœnos
Pieridum lucos, & gramine prata virenti
Conſita, vbi æternùm Zephyri ſpirantibus auris
Narciſſus nitet, ac ſemper florens amaranthus;
Vt Tua facta queam merita ſuſtollere laude,
Claraq; victuris intexere nomina faſtis.
Nec me nunc primùm ſubijt, mentemq; animumq;
Hæc agitat cura, & ſtimulis ardentibus vrget;
Verùm idiampridem meditor fulgore Tuarum
Virtutum captus, quarum nunc luce coruſca
Haud minus effulges, quàm ſacro murice, quo Te
Ornauit CLEMENS *vltrò. ſed me pudor vſq;*
Continuit veritum tenui ne carmine laudes
Dētererem ipſe Tuas, aut verbis grandia facta
Non ſatis aſſequerer, ſed eo ſub faſce labarem.
Nam neq; Virgilij moduler ſi carmina plectro,
Quamuis Oeagrium ſuperauerit ille canendo
Orphea conſuetum vocis dulcedine tigres
Mulcere, ac rigidas ſyluis deducere quercus,
Auſim promeritas, CYNTHI, *Tibi dicere laudes.*
Ergò agite ò vatum præſentia numina diuæ,
Diuæ geſta hominum celebrantes pectine eburno.

Tuq;

Tuq; adeo intonsaq; coma, cytharaq; decore
Phœbe pater vestros hûc hûc conuertite gressus,
Et dignam tanto capiti ex Helicone coronam
Deferte intextam myrto, & Parnaside lauro.
Nemo etenim, quem vos numeris, fidibusq; canoris
Concelebretis, adest nunc dignior: huic sua Roma
Deproperat triplicem veteri de more tiaram.
Hoc regnante sacris cernas data præmia Musis,
Quæ iacuere diù miserè sine honore, geluq;
Vix potuere inopes durum perferre, famemq;
Stricta glande, nouo ac tolerare legumine fuerunt;
Cùm tamen interea scurris ingentia dentur
Munera, acu picta chlamydes, & serica texta,
Ac pateræ solido ex auro, torquesq; decori:
Atq; ÿdem passim mensis adhibentur opimis;
Quare illi tumidi latis dominantur in aulis,
Nec præ se quicquam ducunt virtute nitentes,
Et claros probitate viros: hinc Tassius iras
Concepit iustas, atq; auersatus acerbè
Nostrorum mores procerum, vitamq; petulcam
Ad Te Musarum dulcem confugit alumnum.
Tu miserum ventis agitatum, & fluctibus atris
Excipis eiectum, ac tuta statione recondis.
Per Te Gallorum, atq; Italum sunt reddita luci
Gesta æuo tecta immemori, tenebrisq; sepulta,
Mœnia dum repetunt Solymorum debita nostræ
Genti, vt magna dicent sacro donaria templo.

Hæc

Hæc referent Musæ de Te; sed plura supersunt,
Queis longam Iliadem culti pertexere vates
Iure queant, nomenq; Tuum celebrare canendo.
Forsan & ipse oneri ceruicem subdere tant.
Non renuam, & grato pergam insudare labori,
Sim licet indignus, qui tanta exorsa capessam;
Facta tamen sueuit persæpè æquare voluntas.
Sic etiam magnis libamus pocula diuis,
Atq; mola salsa placamus numina, templis;
Cùm ritè excelsis pingues adolemus honores;
Nam cor cælicolæ inspiciunt, non munera quærunt.
Tu tamen interea, Spes ò certissima vatum,
Phœbi honor, & sacri decus immortale Senatus,
Accipe, quæ nuper studio deprompta fideli
Ipse super CLEMENTE*, pio qui præsidet orbi,*
Et iustus populis ad se dat iura vocatis,
Conscripsi, tenuis propè flumen ductile Rheni,
Dum iuuenes ad sacra voco penetralia Phœbi,
Mercurijq; latens adytum reserare laboro
Cunctis, qui flagrant veræ virtutis amore.

FINIS.



Hæc referent Musæ de Te; sed plura supersunt,
Queîs longam Iliadem cultis pertexere vates
Iure queant, nomenq; Tuum celebrare canendo.
Forsan & ipse oneri ceruicem subdere tanto
Non renuam, & grato pergam insudare labori,
Sim licet indignus, qui tanta exorsa capessam;
Facta tamen sueuit persæpè æquare voluntas.
Sic etiam magnis libamus pocula diuis,
Atq; mola salsa placamus numina, templis;
Cùm ritè excelsis pingues adolemus honores;
Nam cor cælicolæ inspiciunt, non munera quærunt.
Tu tamen interea, Spes ò certissima vatum,
Phœbi honor, & sacri decus immortale Senatus,
Accipe, quæ nuper studio deprompta fideli
Ipse super CLEMENTE*, pio qui præsidet orbi,*
Et iustus populis ad se dat iura vocatis,
Conscripsi, tenuis propè flumen ductile Rheni,
Dum iuuenes ad sacra voco penetralia Phœbi,
Mercurijq; latens adytum reserare laboro
Cunctis, qui flagrant veræ virtutis amore.

FINIS.



Hæc referent Musæ de Te; sed plura supersunt,
Queîs longam Iliadem cultis pertexere vates
Iure queant, nomenq; Tuum celebrare canendo.
Forsan & ipse oneri ceruicem subdere tant.
Non renuam, & grato pergam insudare labori,
Sim licet indignus, qui tanta exorsa capessam;
Facta tamen sueuit persæpè æquare voluntas.
Sic etiam magnis libamus pocula diuis,
Atq; mola salsa placamus numina, templis.
Cùm ritè excelsis pingues adolemus honores;
Nam cor cælicolæ inspiciunt, non munera quærunt.
Tu tamen interea, Spes ò certissima vatum,
Phœbi honor, & sacri decus immortale Senatus,
Accipe, quæ nuper studio deprompta fideli
Ipse super CLEMENTE*, pio qui præsidet orbi,*
Et iustus populis ad se dat iura vocatis,
Conscripsi, tenuis propè flumen ductile Rheni,
Dum iuuenes ad sacra voco penetralia Phœbi,
Mercuriiq; latens adytum reserare laboro
Cunctis, qui flagrant veræ virtutis amore.

FINIS.

